LITTERAE

D. Fr. JOSEPHI ANTONII A S. ALBERTO

EX ORDINE CARMELITARUM EXCALCEATORUM
CONGREGATIONIS HISPANIAE

ARCHIEPISCOPI PLATENSIS

IN AMERICA MERIDIONALI

AD SANCTISSIMUM DOMINUM NOSTRUM

PIUM SEXTUM

PONT. *MAX.*

DE NOVIS GALLIARUM EVENTIS.

Con Licencia del Real Consejo.

En Sevilla, en la Imprenta de Vazquez, è Hidalgo.
Año de 1793.

13

BEATISIMO PADRE:

VED aqui al Arzobispo de la Plata, no en la peninsula de España, sino en las Indias Meridionales, quien conducido en las alas del amor, que son grandes, y en las del dolor, que tal vez son mayores y mas ligeras, se postra à los pies de Vuestra Santidad, y os habla por medio de esta Carta, unico recurso, y el solo consuelo, que puede suavizar y abreviar la enorme distancia de tres mil y mas leguas, que nos separa del Trono Pontificio, y nos priva de la freqüente correspondencia, que debieramos tener los hijos con nuestro Comun Padre, y los miembros mas nobles y principales de la Iglesia, que somos los Obispos, con la Cabeza visible de toda ella, que sois Vos.

No se dirige ella, Bmo. Padre, à renovar, y menos à aumentar el vehemente dolor, de que suponemos penetrado vuestro paternal corazon con los publicos, y escandalosos sucesos de la Francia. De esta Nacion, donde habiendo empezado à dominar la Religion Catolica en el Siglo V, y en el Pontificado de Anastasio II con el bautismo del grande Clodoveo: Ella la habia conservado fiel y constantemente hasta estos dias infelices, peligrosos y malos, en que representada esta misma Nacion en su

BEATISSIME PATER:

ECCE Tibi ego Archiepiscopus Platensis, non jam ab ultima Hesperia, sed ab extrema America Meridionali, magna quadam et obsequii et pietatis et religionis erga Te vehementia, quasi quibusdam ardentissimi amoris, pariterque doloris acerbissimi alis per litteras accedo. Utroque videlicet animi motu sentio me vehementer affectum, ac simul pulsum et stimulis actum, ut Romam veniens, sistam ad pedes tuos, et eos qua par est veneratione deosculer. Sed cum id mihi negetur, pro hujus rei supplemento hanc Epistolam Solio tuo subjicio, quae forsan et mihi, et Tibi poterit esse levamini ac solatio in tam ingenti ad tria millia leucarum intervallo, quo à Sede Pontificia sejungimur, et cujus caussa caremus ea officiorum vicissitudine, quae magnopere jungit et copulat filios cum Patre, atque Episcopos, qui Ecclesiae sunt membra nobiliora et potiora, cum Romano Pontifice, qui ejusdem est Caput visibile.

Et vero argumentum praesens non eo spectat, Bme. Pater, ut vulnus recrudescat, ac multo minus ut dolor augeat dolorem, quo pectus, ni fallor, habes intime perculsum ob publica Galliarum scandala, fortunaeque varietatem, Galliarum, inquam, ubi, cum Religio Catholica dominari coepisset saeculo V. tempore Anastasii Papae II, ac baptismate Magni Clodovaei, Regnum hocce fidem constantissime servarat usque ad haec tempora infelicia et plena periculis malisque; quibus Natio isthaec formam atque imaginem referens totius regni, Parisiis congregata est; ibique, novo inito Conventu, roborata

nueva Asamblea, y por medio de una Constitucion temeraria, y eversiva de todo el Orden gerarquico de la Iglesia, de su disciplina, y de sus dogmas, ha llenado de amargura el piadoso animo de Vuestra Santidad, y os ha vestido de un saco de afliccion y congoja, semejante à aquel, de que se vistió el religioso Mardoqueo, quando oyó haberse ya publicado, y fixado en Susan à influxos del perverso è impio Aman un Edicto, dirigido todo èl à abolir la Religion del verdadero Dios, y acabar con la vida de todos sus fieles adoradores: *Statimque in Susan pependit edictum.... Quae cum audisset Mardochaeus scidit vestimenta sua, et indutus est sacco.*

De esta Nacion, que habiendo merecido en la persona de sus Soberanos el glorioso renombre de *Christianisima*, hoy la vemos con dolor claudicar en dos partes, ò en dos partidos formidables, con el temor de que prevaleciendo el dominante à favor de la *libertad*, *independencia*, ò *irreligion*, se separe toda ella de la adoracion del verdadero Dios; y ultimamente siguiendo por capricho la filosofia de sus Novadores, y falsos profetas los Bayleés, los Voltaires, los Roseaus, y otros muchos, cuyos libros no enseñan sino cosas ridiculas y jocosas, insipidas, è inciviles, poniendo aun en irrision las ceremonias mas sagradas de la Iglesia y de la Fé; y con que retraen los animos de la practica de la virtud, y los inclinan à la maldad; ¡que maravilla será, que con semejantes maestros y corifeos venga finalmente todo este reyno à doblar la rodilla, y ofrecer inciensos al mentido Dios Baal! *Usquequo claudicatis in duas partes? Si Dominus est Deus, sequimini eum, si autem Baal, sequimini illum.*

De esta Nacion, que si en los Siglos VI, y VIII mereció al Grande de los Gregorios, y al

est Constitutione quadam temeraria, qua totus plane ordo hierarchicus, omnis disciplina, omnia dogmata evertuntur. Eventus iste, Pater Bme. animum tuum pium implevit amaritudine, et sine mora veluti vestem afflictionis ac moeroris induisti, illius similem, qua indutus est vir ille religione insignis Mardochaeus, tum quando Susis regium edictum publici juris factum fuit de consilio scelestissimi Amani, qui eo crudelitatis pervenit, ut sibi in animum induceret cultum veri Dei à peramplissimo Assueri regno exterminare, ac Summi Numinis adoratores perdere: Statimque in Susan pependit edictum... Quae cum audisset Mardochaeus, scidit vestimenta sua, et indutus est sacco.

Iterum loquor de Galliis; quae cum iter sibi munierint ad bene de Regibus suis merendum, et quidem ut iidem Reges à Summis Pontificibus praeclarissimo nomine Christianissimorum *tanquam tessera signarentur, nunc nostris oculis nosmet videmus, easdem Gallias pessumire, in duas partes proscindi, et veluti in duos exercitus formidabiles, quorum timore angimur, uter praevaleat, an nempe ille, qui totus est pro* libertate, *id est, pro flagitioso arbitrio ac pro impietate? Quod si ita, en tibi totum regnum Francorum à cultu veri Dei avulsum, turpiterque deditum insanae philosophiae quorumdam novatorum ac prophetarum mendacium, nimirum* Baylè, Voltaire, Rousseau, *aliorumque multorum, qui scurrilibus libellis nihil nisi joca docent, saepe frigida, agrestia, insulsa, turpia, et Ecclesiae caerimonias, Sacerdotes, fidem denique Catholicam petulantissime irrident, animi partes majores à virtute detorquent, et ad omnem levitatem impudentiamque duces sunt: atque his magistris et coryphaeis, quid mirum si totum hoc regnum tandem aliquando genua submittat, licetque mendaci deo Baal!* Usque quo claudicatis in duas partes? Si Dominus est Deus, sequimini eum; si autem Baal, sequimini illum.

Efficiam quod institui de Galliis. Anteactis saeculis VI, et VIII magnas laudes sibi promeruit hoc regnum à

primero de los Paulos los elogios magnificos, que hoy leemos con admiracion en sus epistolas, y que tal vez no se han hecho tales à Nacion alguna del mundo Catolico, prefiriendola à todas en la constancia de su fé, en la pureza de su religion, y en la piadosa adhesion, amor, y respeto à la doctrina, y derechos de la Santa Sede; hoy por una conducta monstruosa, y enteramente contraria, se vé publicamente tildada por esta misma con los ignominiosos, y terribles epitetos de *infiel*, *tumultuaria*, *inquieta*, *y cismatica*, y justamente amenazada por el Vicario de Jesu-Christo, como en otro tiempo la ciudad de Ninive por el Profeta Jonas, de que si dentro de un número determinado de dias no reconoce sus errores, los abjura, los llora, y presta una condigna satisfaccion, experimentará su ultima ruina, y caerá sobre ella el rayo Apostolico, à cuyo fatal, y ultimo golpe se verá separada de la comunion Catolica, y entregada à Satanás con los Himeneos, y Alexandros: *Quos tradidi Satanae, ut discant non blasphemare.*

De esta Nacion, que si en otros tiempos menos ilustrados, pero mas piadosos unida à sus Reyes Carlos, Pipinos, y Ludovicos, fue el escudo, la defensa, el consuelo, y aun el asilo de los Papas atribulados y perseguidos, como de los Leones, Estefanos, y Adrianos en el siglo VIII, de los Eugenios, y Juanes en el siglo IX, y de los Alexandros, è Inocencios en los siglos XII, y XIII. Ella misma en este mismo siglo (que solamente por ironía se puede llamar el *Siglo de las luces*) representada en su nueva Asamblea, unida, y prestada ciegamente al sacrilego juramento de observar una Constitucion, cuyos errores son tantos, y aun mas que sus artículos; es hoy Bmo. Padre, la que os está atribulando, la que en vuestra persona está afligiendo à la

Gregorio Magno, et Paulo I, laudes, inquam, et praeconia, quae litteris horum Pontificum circumferuntur, et quorum similia nusquam fortasse data sunt ulli alii nationi in toto orbe Catholico: etenim Francia ibidem praefertur omnibus aliis regnis cum fidei et religionis puritate, tum pietatis studio, necessitudine, ac veneratione erga Romanorum Pontificum doctrinam, juraque Sanctae Sedis: nunc vero ob contrariam penitus agendi rationem ab omnibus dedecore inuritur, vocaturque maculosis nominibus Nationis infidelis, tumultuantis, sese et alios vexantis, ac schismaticae; *ideoque non per injuriam Christi Vicarius eidem minatus est ruinam et mortem (fere ut à Jona Propheta nuntiatum fuit Ninivitis) ni facti poeniteat intra certos dies, suos noscat errores, deleatque satisfactione condigna; irruendum alioqui super illam Apostolicum fulmen, quo nil formidabilius: nam ejus ictu fatali et extremo à communione Catholica arcebitur, dabiturque Satanae una cum Hymenaeis, et Alexandris:* Quos tradidi Satanae, ut discant non blasphemare.

Haec tantum addam: Cum Galliae aliis temporibus tenebrarum plenis, ut ajunt, sed pietate longe multumque fulgentibus, maximo studio et cultu copulatae fuerint suis Regibus Carolis, Pipinis, et Ludovicis, ideoque quasi clypeus fuerint, tutela, gaudium, et asylum Romanorum Pontificum, laboribus et persecutionibus onustorum, ut Leonibus accidit, Stephanis, et Adrianis saeculo VIII. Eugeniis, et Joannibus saeculo IX. Alexandris, atque Innocentiis saeculis XII. et XIII.; hoc tamen nostro saeculo, quod facili negotio vocatur Saeculum Lucis, *nan si superis placet.*

Hic primum nova lux oculis effulsit et ingens:

Hoc, inquam, nostro aevo Galliae ipsae in nova et inaudita Comitia coactae, flagitiosissime se subjecerunt sacrilego jurijurando de Constitutione opere exequenda; quae Constitutio utrum magis erroribus scateat, an articulis,

Iglesia, y la que en la Iglesia Santa está persiguiendo à Jesu-Christo Principe de los Pastores, y Cabeza invisible de toda ella; quien puede decirla lo que en otro tiempo, y con igual motivo le dixo à Saulo: *Cur me persequeris? Durum est tibi contra stimulum calcitrare.*

Ha Bmo. Padre! Qué tiempos tan distintos, y qué sentimientos tan contrarios los de aquellos antiguos Franceses, à los que hoy adopta con furor la pretendida Asamblea, y en ella toda la Nacion Francesa! ¿Pero y por esto la condenaremos absolutamente en todo, y à todos los individuos, de que se forma, presentandola à vuestros ojos, y à los de la Iglesia, como à una generacion inconstante, prava, adultera, è inexcusable en sus prevaricaciones, y por lo mismo indigna de hallar en vuestro paternal corazon señal alguna de misericordia, ni otra mas aunque la solicite, que la de Jonas Profeta? No, Bmo. Padre; y bien lexos de pensar asi, la misma caridad de Jesu-Christo, que nos une à nuestros hermanos, igualmente nos estrecha à rogar, y mediar por ellos, y à disculparlos en quanto nos sea posible, y no se oponga à la verdad, y à la justicia.

Disculpemos pues primeramente, y con mas razon, que à todos, al actual Soberano de ella, si aun todavia lo es, y goza de este augusto nombre, ò si en su lugar no le han substituido, como se anuncia, el nombre ignominioso de *Parte dislocada*: Disculpemos al piadoso Luis, al piadoso y desgraciado Luis Decimo sexto; sin embargo de que para colmo de su desgracia, y la de sus mismos vasallos, fue el primero, que se prestó à la anuencia, firma, y jurada autorizacion de una Constitucion ruinosa en sus principios, y diametralmente opuesta en todos sus artículos à las dos supremas potestades Espiritual, y Temporal.

nescit nemo. Rursus haec eadem Francia illa est, Bme. Pater, quae Te modo sine modo vexat, in Te vexat Ecclesiam, et in Ecclesia vexat Christum Pastorum Principem et invisibile Caput, qui quidem merito potest conqueri, ut olim de Saulo: Cur me persequeris? . . . Durum est tibi contra stimulum calcitrare.

O caelum, ò terra! quae temporum perversitas! qui sensus adversi, illorum nempe veterum Gallorum prae his sensibus atque opinionibus, quas modo perditissime amat, fovet, adoptat Conventus Lutetiae, ac per eum tanquam per interpretem omnis fere Natio Francorum! Ecquid, Pater Bme. ideone totam omnino Nationem istam noxa afficiemus? individua omnia ad infamiam traducemus? eaque ad unum omnia ante tuos et Ecclesiae oculos objiciemus, ac si esset generatio quaedam prava, inconstans, adultera, impune praevaricatrix, ab omni probitate quam longissima, et idcirco immerens veniae obtinendae à Te inter omnes patres amantissimo, nisi forsan illum solum mereatur veniae signum Jonae Prophetae apud Ninivitas, Scribis et Pharisaeis à Christo datum? Absit, Pater Bme.; prorsus à me hanc opinionem amotam cupio: nam caritas Christi, quae nos fratribus nostris conjungit, aeque ad misericordiam in illos inflectit premitque ad Te precibus interpellandum, et ad eos excusandos culpae macula, quantum fas est, nec à veritate, vel justitia alienum.

Ergo culpa recte absolvamus omnium primo Regem Galliarum, si Rex est adhuc, et adhuc regio nomine insignitur, vel alio ejus vice fungatur, illo nimirum proboso, ut ferunt, Membri luxati: *Utique absolvamus culpa pium Ludovicum, pium, inquam, et infelicem Ludovicum Sextum decimum, quamquam fuerit ipse primus, qui ad extremam injuriam casus tam sibi, quam suis subditis adversi, annuerit, subscripserit, et juramento firmarit Constitutionem illam, nullis fultam principiis, imo ob ejus sensa et dogmata utrique supremae potestati prorsus contrariam, Spiritali nempe, et Temporali.*

Porque Bmo. Padre, ¿que podria hacer un Rey sorprendido, y embargado con la novedad de una propuesta, que apenas la podria prever, aun quien desde luego se hubiera puesto en todo lo que es posible? ¿Un Rey desautorizado, è indefenso à vista de una multitud de infidentes, que lo rodeaban, y à la frente de un Pueblo desleal, y embriagado con el furor? ¿Un Rey consternado, y poseido enteramente del temor, al ver que su corona, su vida, la de su amada Esposa, y la de sus tiernos hijos estaban pendientes de un hilo, y al arbitrio de unos vasallos freneticos, que ya negaban serlo, y que tal vez no esperaban, para dar el golpe, sino es su resistencia? ¿Qué podia hacer en el complexo de unas circunstancias tan arriesgadas, y casi originales en la substancia, y en el modo?

Es verdad, que Luis no pudo, ni debió hacerlo jamás, ni por motivo alguno, siendo cierto, y aun de fé, que la gloria de Dios, y los intereses de su Religion deben sostenerse con preferencia à todas las glorias è intereses del mundo, aunque nos sean los mas intimos, los mas amables, los superiores, y del primer orden. Pero ha! que no todos llegan à aquella heroicidad de espiritu, de valor, y de caridad, à que llegó el Apostol de las Gentes, y à la que llegaron à imitacion suya los Hermenegildos de España, los Wenceslaos de Boemia, los Carlos, los Jacobos, y los Tomases de Inglaterra, quienes generosamente entregaron sus almas à la tribulacion, y à la angustia, sus cuerpos à la hambre, y desnudez, y sus cervices à los rigores de la espada ò del cuchillo, antes que firmar leyes injustas, que condescender à iniquas pretensiones, y que faltar en un apice à los respetos, que debian à Dios, y à la Religion.

Repetimos que no pudo, ni debió Luis Decimo sexto hacerlo por razon alguna; pero quizá lo

Verum enim vero quidnam poterat agere, aut quo se vertere Rex improvise perculsus novitate negotii, quod nequidem praevidere valuisset homo etiam oculatissimus, vel callidus, aut versipellis? Rex videlicet exauthoratus, indefensus, perfidiosis circumdatus hominibus et coram proditus à populo furoris ebrio? Rex iterum pavore territus, et planissime timore occupatus, qui sentiebat, regale sertum capite trepidare, intuebaturque vitam suam, carae Sponsae, carorumque Liberorum quasi filo stantem, ac libidini commissam subditorum phrenesi delirantium; à quibus nil aliud forte desiderabatur, quam ipsius Regis prima reluctatio, ut jura omnia regia susque deque invaderentur? Cuinam ergo operi oportebat illi se committere in tot rationum momentis ac periculis, quorum similia nuspiam fere gentium acciderunt, sive machinationum natura, sive modus consideretur?

Sed ut verum fatear, quae à Ludovico facta sunt, nec potuit, nec debuit facere Ludovicus; cum sit certo certius, jura omnia humana nobis etiam cariora et praestabiliora, totamque mortalium gloriam gloriae Dei et juribus posthabitum iri. At proh dolor! omnium non est assequi fastigium fortissimarum virtutum Pauli Apostoli, ejusve in virtutibus sequacium, scilicet Hermenegildorum Hispaniae, Wenceslaorum Bohemiae, Carolorum, Jacoborum et Thomarum Britanniae: hi enim omnes maluerunt animas suas tribulationi et angustiae subponere, corpora fami ac nuditati, cervices gladio, quam iniquas leges scribere, prava hominum studia probare, jura Dei et Religionis vel minimum frangere.

Dicamus denuo: quod à Ludovico XVI factum fuit, omnino infectum esse debebat. Id vero posse fieri ope-

hizo ò porque en aquel improviso lance formó dictamen, de que lo podia hacer, y prestarse al menor mal de una autorizacion provisional, pasagera, y revocable para evitar otros males mayores, perpetuos, è irremediables, que iban à seguirse de una resistencia inutil; ò porque la sorpresa, la fuerza, y la consternacion le robaron en aquellos pocos y dificiles instantes toda el alma, sin darle apenas lugar, para que obrasen en èl ni las bellas luces, que le hubiera presentado su entendimiento, ni los eficaces exemplos, que le hubiera acordado su memoria, ni los piadosos sentimientos, que le hubiera inspirado su corazon. Todo este conjunto de circunstancias, Bmo. Padre, quando no eximan absolutamente de culpa el desgraciado Luis; al menos ¿no la escusan, y disminuyen en gran parte? ¿no lo hacen digno de nuestra compasion, y de Vuestra misericordia, siempre que confeso, y convicto de su pasada debilidad, vuelva, como lo esperamos, à los pies de Jesu-Christo, y à los de su Vicario en la tierra, y les diga como otro Rey pecador, y arrepentido: *Quoniam iniquitatem meam ego conosco, et peccatum meum contra me est semper?*

rae pretium duxit vel ob dictamen conscientiae tunc suggerentis, nihil fore criminis sese minori malo subjicere, suumque liberum arbitrium committere apparatui illi commentitiae auctoritatis, temporariae et revocabilis, idque ad alia vitanda majora mala diuturniora et irremediabilia, quae Lutetiae certo imminebant ab inutili renixu Regis; vel quia tumultuosa illa invasio, vis et conatus animum Principis optimi brevibus illis temporum momentis ita constraverunt atque occuparunt, ut ferme baud esset ei copia nequidem consulendi rationis instinctum, nec prosequendi majorum exempla, nec deliberandi quidpiam pro re nata et ex sententia regii piique pectoris. Cuncta haec, Pater Bme., si Ludovicum non penitus à culpa absolvunt, excusant tamen, minuuntque ejus malum magna ex parte. Et an non omnium animos, sed Tuum praecipue ad miserationem movebunt, tum maxime cum Ludovicus peccatum confessus ac reitatis compertus, eo redibit (ut fas sperare) ubi ad pedes Christi, et ejus in terris Vicarii commissa detestetur, dicatque ut alter David: Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, et peccatum meum contra me est semper?

Disculpemos tambien al Pueblo de Paris, que olvidado enteramente de si, transformado de repente en otro, y dexando en esta ocasion de ser lo que siempre habia sido para con su patria, para con su Rey, y para con la Iglesia, se le vió à la primera reseña de insurreccion armarse, unirse, tumultuarse, enfurecerse, y entregarse à los excesos mas inhumanos, hasta llegar al mayor y mas exêcrable de ofender, y atropellar los respetos sagrados y debidos à Dios, y al Cesar, al Sacerdocio, y al Imperio, y à la Magestad, y à la Religion; à esta Religion santa, pura, è inmaculada, à quien èl mismo en tiempo de la *Liga Catolica*, y reynados de Enrique III, y IV.

Pariter culpa absolvamus Populum Parisiensem, qui sui plane oblitus, in alium repente mutatus, atque hac occasione nesciens quae quondam ab ipsomet facta fuerant cum erga patriam et Reges, tum erga Ecclesiam, visus est primo signo arma capere, in unum confluere, tumultibus agi, in dementiam abire, sequemet ipsum in crudelissima facinorum pertrabere; nec impetui parcere execrabiliori, rumpendi nimirum et pessundandi jura sacratiora Dei, Caesaris, Sacerdotii, Imperii, Majestatis, et Religionis. Et cujus Religionis? Sanctae scilicet, purae, immaculatae, pro qua olim ipsemet Populus quasi pro aris et focis pugnarat, et quam aevo Concertationis Sacrae, *ut vocant, Regibus Henrico III, et IV, vi et armis defenderat eo successu, ut Francorum ardor ao*

habia defendido con un zelo, que llegó à parecer furor, y vino à declinar en fanatismo.

Pero que es un Vulgo, Bmo. Padre, sino lo que despues de S.Geronimo nos dexó escrito vuestro sabio Predecesor Juan XXII: „ inconstancia, multitud, confusion, desorden, variedad, ligereza, arrebato, ilusion, fanatismo, furor, y crueldad? „ Todo esto es un Vulgo, y aun mucho mas de lo que puede decirse, ni pensarse, si quando ya mal contento con la sujecion, y resuelto à sacudir el yugo, halla manos ocultas y poderosas, que lo sostienen; consejeros iniquos è interesados, que lo apoyan, y serpientes venenosas, que lo atraen, lo seducen, y lo encantan con el eco siempre dulce y lisongero de estas tres palabras: *Igualdad*, *Independencia*, *Libertad*: las mismas con que ya la antigua Serpiente encantó, y seduxo al primer hombre, y à la primera muger del mundo, diciendoles: Si sacudis el yugo de la ley, y os rebelais contra el supremo legislador, que os la impuso despues de haberos formado, entended, que sereis como Dioses, iguales à ellos, libres, è independientes como ellos, y sabios como ellos en la gran ciencia de discernir el bien, y el mal: *Eritis sicut Dii, scientes bonum, et malum.*

Comparemos pues à este Pueblo sublevado por seducido à nuestros primeros padres; pero esperemos, que quando como ellos ábra los ojos, conozca el yerro, que cometió, y advierta su desnudéz, su ignominia, su miserable opresion, y el triste estado de abatimiento, en que lo han constituido los mismos, que le prometieron la libertad, y la igualdad; Esperemos, que imitandolos entonces en el dolor, y en la penitencia, asi como los ha imitado en el delito, y en la infidelidad, venga arrepentido, y temeroso à refugiarse en el centro del paraiso, que es la Iglesia

ac religio tanquam furor et phanatismus ab omnibus traduceretur.

Sed quid est inquietum vulgus, Bme. Pater, nisi quod post D. Hieronymum à sapiente decessore tuo Joanne XXII. traditum est, ubi ait: „ Populus perturbatus, est multitudo confusa, cemaeleonte mutabilior, agitatio incomposita et praeceps, varietas incondita, caecutiens levitas, hallucinatio, furor, crudelitas „? Et quidem universa haec sunt vulgus effraene, et plus multo quàm dici aut cogitari potest. Nec mirum: nam populus querulus et novarum rerum cupidus, subjectionis impatiens, atque ad proterenda legum jura semper paratus, facile incidit in occultas manus, nempe in homines potentes et insidiosos, qui eum ad pravos fines adjuvent; in corruptos Consiliarios, qui eum mendacibus praestigiis suffulciant; necnon in libidinosos serpentes, qui eum alliciant, acuant, fascinent his tribus emblematis: Adaequatio, Licentia, Libertas. *Tria sane, quibus serpens antiquus primum hominum parentem, primaevamque mundi feminam decepit et hallucinatus est sequenti paralogismo: Si à cervicibus jugum excutieritis, atque à legislatore vestro defeceritis, divinum quid efficiemini, eritis Numinibus pares, libertate summa gaudebitis, colla subjicietis nemini, altissimaque et divina scientia fulgebitis, ita ut mirifice discernere scietis alba et atra, frugi et nequam:* Eritis sicut Dii, scientes bonum, et malum.

Quapropter Populus iste tot seductionibus concitatus, haud immerito potest conferri cum nostris progenitoribus; atque hinc sperandum, idem cum primum, ut illi, oculos aperuerit, errata agnoverit, et ad nuditatem, ad dedecus, ad infamiam, et ad suarum virium imbecillitatem animadverterit manuque tractet, atque opprimatur sub calamitatibus et malis, in quae conjectus est ab eisdem virulentis hominibus, à quibus vana ac delira spe coaequationis et libertatis paulo ante demulcebatur; sperandum, inquam, fore ut in bonam frugem reversus, poenitentiam imitetur Adami, et Hevae, quemadmodum eorumdem delicta caeco impetu adamavit: atque idcirco intimo tactus

Romana, à reconocer la suprema potestad de su universal Pastor, y à implorar las misericordias del Padre Comun de ella: *Aperti sunt oculi amborum..... timui, eo quod nudus essem.*

Comparemoslo tambien, y tal vez con mas propriedad, à aquel hijo prodigo, y precipitado jóven del Evangelio, à quien sus pasiones, sus arrebatos, sus inconstancias, su ninguna reflexîon, y su demasiado amor à la libertad, è independencia lo separaron de su noble y antigua casa, y lo arrancaron de los piadosos brazos de un padre, que lo amaba con ternura, à quien debia todo el sér, la vida, y la conservacion, y de quien todavia podia esperar mayores bienes. Comparemoslo con èl; pero esperemos, Bmo. Padre, que quando ya se vea reducido à la miseria, à la hambre, y à la infelicidad, y à la vil servidumbre, en que se vió el prodigo; Esperemos, que vuelto ya en si, vuelva tambien como èl à la casa de su afligido padre, confesando humildemente, que se arrebató, que se engañó, que pecó, y que pecó contra el Cielo, y en su presencia misma, y que ya por todo esto no es digno de llamarse su hijo: *Pater peccavi in coelum, et coram te, jam non sum dignus vocari filius tuus.*

Y en tal caso estamos ciertos, que Vuestra Beatitud, siempre Padre, y con entrañas de verdadero Padre, lexos de cerrarles las puertas de la Iglesia, le saldreis al encuentro, lo abrazareis con ternura, lo recibireis con amor, le dareis el osculo santo de paz, lo adornareis con la hermosa estola de la Fé, de que se desnudó por su culpa, que lo marcareis, y sellareis nuevamente por hijo de la Iglesia con el precioso anillo del Pescador; y ultimamente, que para desahogo de vuestro corazon, y para manifestacion de vuestro gozo, escribireis, y anunciareis à todas las Iglesias del mundo Catolico, que

dolore cordis, in paradisi centrum confugiat, id est, in Ecclesiam Romanam, ibique agnoscat potestatem supremam Pastoris, atque ab ipso tanquam à communi Patre veniam et misericordiam deprecetur: Aperti sunt oculi amborum.... timui, eo quod nudus essem.

Simili modo ac forte proprius idem Populus Parisiensis aequari valet filio illi paternarum rerum profligatori, imprudentique adolescenti, quem animi immoderantia, juveniles impetus, dementia et effraenus amor vivendi liberius ac suo arbitratu, ab amplissima sua familia disjunxere, atque ab ulnis avulsere patris amantissimi, quin nec rationum momentis, nec novis ac magnis promissis venerandi senis domi contineri posset. At vero aequum est sperare, Pater Bme., ut cum Populus Parisiensis se ipsum intueatur, rursusque observet se ipsum in rerum omnium penuriam, in servitutem mendicitatem, atque in extremum discrimen adductum, tunc ut alter prodigus factus sapientior, voluptates noxias missas faciat, atque in aedes boni patris se se recipiat, humiliterque fateatur, se nimium inconsiderate egisse, à vero tramite tantopere deflexisse, atque peccasse in caelum et coram optimo patre, summa dilectione ac veneratione digno; et propterea nefas putare vel filii nomine insigniri: Pater, peccavi in caelum, et coram te; jam non sum dignus vocari filius tuus.

Atqui si res obtingat prout optatur, nobis sumus certiores, Beatitudinem Tuam, semper Patrem, Patrisque semper viscera vestientem, non solum huic Populo januas Ecclesiae non interclusurum, sed potius illi obviam iturum; benigno vultu ac pio (ut Tuum fert Nomen, et magis facta ferunt) excepturum; sancta pacis oscula libaturum; pulchra Fidei stola, qua ob suam culpam se denudarat, ornaturum; iterumque anulo Piscatoris filium hunc fronte obsignaturum; ac denique in animi tui solatium et prae exuberante laetitia cordis tui, publicis litteris per omnes gentium oras nuntiaturum, dicesque: Populum Lutetiae Parisiorum, filium istum doloris tui, tuorumque laborum et cu-

ya el Pueblo Parisiense, este hijo de vuestro dolor, y de vuestros cuidados, que por muchos dias lo habias llorado perdido, muerto, y separado de vuestra casa, y de vuestra comunion, se halla ya resucitado, vivo, vuelto y unido por fé, y por caridad à su buen padre, y à sus buenos hermanos: *Quia hic filius meus mortuus erat, & revixit: perierat, et inventus est.*

Disculpemos igualmente à aquellos pocos Pastores del primero, y segundo orden, quienes ò preocupados con exceso, ò sencillos con demasia, ò poco instruidos y versados en la historia de los siglos, donde à cada pagina se dexan ver las solapas, artificios, y ardides, de que se han valido siempre los irreligionarios para concebir, dar à luz, propagar, y extender sus errores, no advirtieron el veneno mortal, que se escondia baxo de la miel, y dulce nombre de *Patriotismo*, y lo bebieron sin temor ò recelo alguno; ni vieron el lazo fatal, que se ocultaba baxo las brillantes y pomposas expresiones de la Constitucion, y cayeron en èl incautamente, jurando la observancia de unos artículos igualmente detestables, que los contenidos en el Henoticon, en el Hecthesin, y en el Tipo de los Emperadores Zenon, Heraclio, y Constante: Constituciones ò edictos, que en los siglos V, y VII. llenaron de amargura, y de afliccion à la Iglesia, y de audacia y orgullo à los hereges Eutiquianos, y Monotelitas.

rarum, et quem diu ut perditum flebas, et ut mortuum lamentabare, filium hunc surrexisse et vivere: nec solum vivere, sed jam patri suo, suisque fratribus obstrictissimum caritate esse: Quia hic filius meus mortuus erat, et revixit: perierat, et inventus est.

Verum quid nobis dicendum, Pater Eme., de Episcopis illis Francorum sane perpaucis, aut de illis Parochis ac Presbyteris pluribus numero, qui Parisiensium novitates vel certe probarunt, vel quomodocumque eisdem mutuam operam contulerunt? Absolvendi ne sunt, an culpandi? Absolvantur, per me licet. Etenim superstitiosis falsisque opinionibus praeventi, vel ultra modum simplices, aut ecclesiastica historia parum instructi, cujus fastis docemur versutias ac verborum ambages, solertiam occultaque consilia et tot malas artes, quas mente concipiunt, et quae haereticis et Ecclesiae hostibus fuere omni tempore familiares, et quarum ope in vulgus edunt ac ubique terrarum disseminant errores suos: Hi ergo, de quibus loquimur, Ecclesiastici Galli nihil fuerunt solliciti de nomenclaturis quorumdam verborum, quae sub initium ut cara annona et modica, deinceps ut larga ut commoda ut copiosa Parisiis venditabantur; non percepere dulce illud virus, quod sub nomine Patriotismi *tegebatur; ideoque absque ulla mali suspicione aut formidine biberunt venenum illud, hauserunt, et se ipsos necaverunt. Qui dum? nempe non viderunt laqueum sive offendiculum, quod sub Constitutionis elegantibus et perpolitis elocutionibus abscondebatur, atque ita doctis in transennam inducti sunt dolis; jurarunt conceptis verbis, et promissa jurejurando firmarunt, observandi scilicet articulos Parisienses, aeque detestabiles ac illi, qui Henoticone, et Ecthesi, et Typo Imperatorum Zenonis, Heraclii, et Constantis continentur: quorum Constitutionibus, seu regiis edictis universa Ecclesia magnis perturbationibus et angustiis vexata est saeculis V, et VII, et ubi Euthichianorum, ac Monothelitarum superbia,*

Comparemoslos, Bmo. Padre, à aquellos Obispos del Concilio de Rimini, quienes despues del valor y catolicidad, con que defendieron, y aprobaron en todo y por todo la fé Nicena, luego incautamente, y sin advertir las astucias de Valente, y de Ursacio, subscribieron una Segunda Formula (que otros llaman la Tercera Sirmiana) presentada por los Arrianos, donde con el especioso pretexto de paz, y de no hallarse en toda la Escritura la palabra *Consubstancial*, la suprimieron, y quitaron del Symbolo, substituyendo artificiosamente en su lugar la de *Semejante.*

Comparemoslos con estos Padres; pero, esperemos tambien, que à exemplo suyo luego que conozcan, si ya no lo han conocido, el engaño, ò el error de haber subscrito à una Constitucion erronea, disimulada, y artificiosa, y jurando la observancia de sus artículos, lo improbarán, lo detestarán, lo retractarán; y confesando publicamente, y à la faz de la Iglesia la mucha sencilléz, y la poca precaucion, con que obraron, dirá cada uno por sí lo que David à Dios: *Peccavi nimis, ut hoc facerem: obsecro, aufer iniquitatem, quia insipienter egi.*

Disculpemos ultimamente, si es que cave disculpa alguna en su delito, à algunos otros Obispos hermanos nuestros, quienes no por error de entendimiento, sino por demasiada debilidad de espiritu, cobardia de corazon, y mucho temor de incurrir en el odio, y furor del Pueblo, si hablaban, ò se oponian à sus perniciosas maxîmas, callaron como perros mudos, y para precaverse de sus iras, tomaron el medio indigno de comprar al

arrogantia, et pertinacia vehementissime concrebuere.

Igitur non abs re Galli isti Sacerdotes et Episcopi comparari possunt Episcopis Ariminensis Concilii, qui posteaquam in Nicaeno Concilio pro fide Catholica magna virtute et constantia decertarant, eamdemque fidem quoad omnia sua dogmata confirmarant, sibi ipsis deinceps nescierunt cavere à calliditatibus Valentis, et Ursacii, subscripseruntque Secundae Formulae (alii Tertiam Sirmianam vocant) quam Ariani solitis eorum technis in medium protulere: nam sub pacis publicae specie ac velamine, et ob fraudulentam rationem, quod in sacris Litteris verbum Consubstantialem *desideraretur, suppressum fuit et abrasum à Symbolo verbum hocce* homousion, *substitutumque ejus vice hoc aliud vitiositate scatens* homoiousion, *id est* Similem.

Etsi vero Patribus Ariminensibus Sacerdotes istos Gallos et Antistites comparaverimus; spes tamen aliqua nobis affulget, Ecclesiasticos hosce ad illorum exemplum consequenti tempore fallacias agnituros (ni forte jam agnoverint) atque errorem execraturos factae subscriptionis et juramenti; et neutiquam jussa Parisiensis Conventus omnino nunquam capessent, de observanda videlicet dicta Constitutione, nec vel uno ex ejus articulis dolo obtectis: imo quae fecerunt improbabunt, rejicient, revocabunt, ac publice palinodiam canent, nec gravabuntur patefacere ante os et oculos totius Ecclesiae fatuitatem et imprudentiam, qua ducti sunt in agendo, atque universi et singuli dicent cum Davide: Peccavi nimis, ut hoc facerem: obsecro, aufer iniquitatem, quia insipienter egi.

Absolvántur postremo singillatim quidam alii fratres nostri Episcopi (si tamen horum hominum facta et dicta nobis praestanda sunt), qui haud mentis errore ducti, sed potius nimia abjectione et cordis inertia ac turpi timiditate, siluerunt tanquam canes muti, ne in odium Populi et inimicitias offenderent. Antistites isti desides et ignavi non ausi sunt coram prodere sermones suos et opiniones, quia sermonibus et opinionibus Populi erant adversae: atque ut praecaverent sibi ab iris popularibus, ingeniosam at nimis tortuosam capessie-

precio vil de torpes simulaciones, y condescendencias *Libelos de seguridad* para con los partidarios de la Asamblea, ò el de engañarlos ocultamente, asegurandolos de que no eran, ni serian del partido del Papa, ni del Rey, y que siempre serian, y estarian à favor de su Nacion, y de la Asamblea. ¡Qué flaqueza, Bmo. Padre, ò para decirlo mas propriamente, qué traicion!

Comparemoslos con los Libelaticos del tercer siglo; siglo de las persecuciones mas sangrientas, que padeció la Iglesia: quienes timidos, cobardes, y Christianos no mas que à medias, ò en el solo nombre, avergonzandose por una parte de apostatar de la fé de Jesu-Christo, que profesaban, y por otra no queriendo morir martyres por la fé, que habian profesado, tomaban el exêcrable medio ò de comprar con plata un libello de seguridad para con los Tiranos, ò el de presentarse à ellos ocultamente para asegurarles de que no eran Christianos, aunque pareciesen serlo.

Comparemoslos con ellos, y aunque sea contra toda esperanza, esperemos, que el Espiritu de aquel Señor, que sabe y puede de repente mudar y renovar los corazones, dar vista à los ciegos, lengua à los mudos, valor y fortaleza à los debiles y flacos: Esperemos, que este divino Espiritu descendiendo sobre ellos algun dia, como en otro tiempo sobre los Apostoles, à quienes el temor de los Judios los tenia retirados en el cenaculo, los mude, y renueve como à ellos, los ilumine, los fortalezca, y les dé lengua, y valor para que à su imitacion, y en reparo y satisfaccion de su cobardia y deslealtad pasada no teman presentarse à la Asamblea, dando delante de ella una prueba gloriosa de su arrepentimiento, no menos que de su fé, de su respeto, y sumision à la Santa

re viam; nempe mercati sunt nefando pretio simulationum, molliumque obsequiorum et assentationum quosdam quasi Securitatis Libellos, *quibus Comitiorum Parisiensium sectatores occulta hac fallacia manerent decepti, et sibi persuaderent, ipsos Praesules nec esse nec fore unquam à Papa, aut à Rege, sed sane quidem secuturos semper consilia Nationis et Conventus Lutetiae Parisiorum. Quod genus est istud imbecillitatis, Pater Sanctissime, aptius ne dicam proditionis?*

Possunt equidem comparari hi Sacerdotes cum Libellaticis tertii saeculi, quo temporis aevo atrocissimas injurias, et mala pertulit Ecclesia; et quorum caussa cum homines illi timidi, vecordes ac nomine tantum Christiani aut semichristiani non auderent ex una parte à fide Catholica, quam profitebantur, deficere, ex altera vero vitam cruciatibus ac morti tradere ob eamdem fidem formidarent, improbandum invenere modum, eoque, ad praetexendam figmentis culpam, libenter usi sunt; videlicet aut emebant pecunia securitatis libellos, ne à Tyrannis male afficerentur, aut prodebant sese in eorundem conspectum, palamque testabantur, se quoad Religionem non esse nisi Christianos larvatos.

Cum Libellaticis ergo comparemus istos Antistites: et quanquam nulla nobis despondeatur spes, quod sint ad bonos mores penitissimo pectore redituri; speremus tamen fore ut in melius mutentur, atque innoventur vi Spiritus Domini, qui scit et valet corda hominum repente immutare, visum dare caecis, virtutem et robur debilibus atque infirmis. Nam cum aliquando super illos venerit Spiritus ille vivificator, ut olim super Apostolos, qui in coenaculum propter metum Judaeorum se abdiderant, ab eodem Spiritu illuminabuntur, roborabuntur, et lingua ac fortitudine donabuntur; ita ut Apostolorum exemplo excitati, vecordiam et infidelitatem praeteritam ardenti studio corrigant deleantque, necnon conspectum subeant intrepide Comitiorum Parisiensium, atque ibidem argumentum illustre referentes poenitudinis, fidei, religionis, observantiae, cultus, et subjectionis erga Apostolicam Sedem, summo gestiant gaudio, atque hac animi praeparatione

Sede, saliendo mui gozosos de su tribunal, si en el hubiesen sido hallados dignos de padecer el oprobrio, el destierro, y aun la muerte por la gloria de Jesu-Christo: *Ibant gaudentes à conspectu Concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati.*

Hasta aqui, Bmo. Padre, de acuerdo siempre con la verdad, y la justicia hemos disculpado à muchos de nuestros hermanos; ahora ya, y sin perder de vista estas dos mismas virtudes, culparemos à otros, no ciertamente con la intencion de confundirlos, ò avergonzarlos por medio de esta carta, sino con el verdadero deseo, que tenemos de su arrepentimiento, y de su enmienda: *Non ut confundam vos, haec scribo*, podemos decirles con el Apostol: *sed ut filios meos charissimos moneo.*

Culpemos pues primeramente, y con mas razon que à todos, al primer movil, à la cabeza principal, y si nos es permitido decirlo asi, al Luzbel de toda la rebelion sucedida en Francia, quien lleno de orgullo y de ambicion por subir al trono del que le ocupaba tan dignamente, ha arrastrado tras si la tercera parte de unas estrellas errantes; que tal vez sin sus influxos no lo fueran hoy, y se hubieran mantenido fixas y quietas en el orden y lugar, en que las habia colocado Dios, y en que ellas se habian mantenido hasta aqui. Culpemos à este hombre enemigo, que siendolo de la Religion, del Estado, de la Nacion, y de su Sangre misma, ha esparcido la cizaña del error, y del cisma en aquel mismo campo, donde el padre de familias por medio de sus fieles siervos, y de obreros zelosos è infatigables habia sembrado la preciosa semilla del Evangelio, que por trece siglos ha producido, y dado à la Iglesia ya no solamente el fruto centuplo, sino el milesimo, y aun mucho mayor en centenares de millares de san-

se foras erumpant è tribunali Lutetiae, totique orbi terrarum fidem faciant, se omnino indignos haud praestitisse probra sustinendi pro Christo vel exilium, vel ipsam mortem: Ibant gaudentes à conspectu Concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati.

Hactenus, Pater Bme., pro multis ex nostris fratribus excusationes attuli, ductus justitiae, ac veritatis amore. Similiter utriusque virtutis gratia alios modo culpabo, haud equidem eo animo ut illos meis litteris pudore suffundam, sed ob flagrans studium, quo afficior videndi homines istos ad bona consilia redactos: Non ut confundam vos, haec scribo, *dicam cum Apostolo*, sed ut filios meos charissimos moneo.

Ergo primo omnium vertatur crimini principaliori duci, vel, si fas ita loqui, Lucifero illi, qui primos tumultus ac rebelliones Parisiis excitavit. Superbia enim et ambitione tumidus sibi induxit in animum thronum conscendere, sedentem regali solio turbare, secumque trahere tertiam, ut ita dicam, stellarum errantium partem; quae sane nunc non errarent sine ejus influxu, sed fixae et immobiles extarent eo ordine ac loco, quo ab Deo sunt positae, et ubi etiam tum perseveraverant. Vitio detur huic inimico, qui inimicus cum sit Religionis, Status, Nationis, Generisque sui ipsius, zizanium erroris et schismatum disseminavit illo eodem in agro, quo paterfamilias delectu et opera quorumdam servorum fidelium, hominumque caritate erga Deum ardentium, nec unquam parcentium laboribus, pretiosum Evangelicum semen terrae mandavit, et quod per tredecim saeculorum spatium produxit, deditque Ecclesiae haud centuplum dumtaxat fructum, sed millessimum, imo majorem: nam ad centenaria et milliaria superat numerus tot Antistitum sanctitate conspicuorum, tot Martyrum generosiorum, qui Christi fidem professi

tos Obispos, y de generosos Martyres, que confesaron, y sellaron la fé de Jesu-Christo con su admirable predicacion, con sus prodigiosas obras, y aun con su misma sangre.

Ha Bmo. Padre! que dirian hoy si volviendo al mundo, entraran por las Galias los Dionisios de Paris, los Saturninos de Tolosa, los Austremios de Clermont, los Marciales de Limoges, los Ilarios de Potiers, los Germanes de Besanzon, de Paris, y de Auxerre, los Martines, y Gregorios de Tours, los Eucherios, y Agobardos de Leon, y los Honorios, è Ilarios de Arles? ¿Que dirian al ver en todo el campo de la Nacion Francesa tan mezclada y confundida la semilla del Evangelio, de la verdad, y de la sana doctrina, que ellos sembraron à costa de sudores, y de trabajos con la cizaña del error, del cisma, y de la doctrina anti-Evangelica, que ha esparcido en nuestros dias este hombre enemigo? Sin duda que todos ellos volviendose à Vuestra Beatitud, Pastor universal de la Iglesia, y à los actuales Obispos de la Francia, que permanecen firmes y fielmente unidos à vuestra comunion, os dirian con el Evangelio: *Colligite primum zizania, et alligate ea in fasciculos ad comburendum*: y tal vez anticipando un compendio de la sentencia, que merece este hombre enemigo, os añadirian: *Ligatis pedibus, et manibus, mittite eum in tenebras exteriores.*

Culpemos no menos à ciertos Filosofos Novadores, de que tanto abunda la Francia, ingenios bellos, y presuntuosos, que ensoberbecidos, y demasiadamente pagados de su vana ciencia, la quieren hacer valer mas que la de los Santos, la de los Padres, y la de los Concilios, aun de aquellos mas celebres, que se han congregado y tenido en el seno de su misma Nacion, y cuyos sagrados canones fortalecidos con la proteccion de los Re-

sunt, eamque firmarunt praedicatione admirabili, et perexcellentibus ac divinis operibus, et vel proprio sanguine.

In quae verba modo erumperent, Pater Bme., si de improviso ad vitam redirent, Galliasque ingrederentur Dionysii Parisienses, Saturnini Tolosani, Austremii Claromontani, Martiales Lemovicenses, Hilarii Pictavienses, Germani plures nomine, ut Visontiensis, Parisiensis, et Antissiodorensis, Martini, et Gregorii Turonenses, Eucherii, et Agobardi Lugdunenses, Honorii, et alter Hilarius Arelatenses? Quid in hac re dicerent, cum primo aspectu illis se objiceret ager iste Galliarum, cui ab eisdem Evangelica semina veritatis et sanae doctrinae tot sudoribus injecta fuere, propriisque oculis observarent semina haecce permixta et confusa errorum, schismatum, et anti-Evangelicae doctrinae zizaniis, quae ab homine istiusmodi inimico his nostris diebus sata sunt? Caussae nihil est, quin omnes isti animo et cogitatione se se ad Tuam Beatitudinem converterent, tanquam ad universalem Ecclesiae Pastorem, pariterque ad Galliae, si qui extant Praesules constantia ac fidelitate tuae communioni adhaerentes, Tibique, et illis dicerent: Colligite primum zizania, et alligate ea in fasciculos ad comburendum: *ac praenuntiantes forsan et repraesentantes sententiae poenas, quas inimicus iste homo promeritus est, apud Vos subjungeret:* Ligatis pedibus, et manibus mittite eum in tenebras exteriores.

Non minori jure id vitio tribuatur quibusdam Philosophis Novatoribus, quibus Francia satis abundat, suntque pulchra quaedam ingenia, sibi fidentia, elata, vana sui ipsorum sapientia nixa, et quam pluris faciunt, quam qua pollebant illustres pietate viri, Sancti Ecclesiae Patres, Concilia celebriora ex illis etiam quae intra Gallias sunt coacta, et quorum canones etiam atque etiam roborati Regum protectione, ab Ecclesiis omnibus sunt per tot saecula veneratione maxima habiti, et tanquam regula morum obser-

yes, han sido por tantos siglos la regla, y veneracion de todas sus Iglesias: Espiritus fuertes, hombres libertinos, y para usar de la frase del Apostol San Judas, impios, blasfemos, que aborreciendo toda dominacion, por vivir sin sujecion alguna, empezaron la premeditada revolucion, dando el primer golpe à la suprema potestad temporal con la ereccion de la Asamblea, para luego dar impunemente el segundo à la potestad suprema espiritual con la Constitucion Civil del Clero. Esto fue hacer, Bmo. Padre, lo que siempre han hecho, ò al menos lo que siempre han intentado los hereges, para llevar à efecto sus detestables ideas: es à saber, para pelear contra la Iglesia, combatir sus dogmas, y disputarle sus mas sagrados derechos, desarmar antes à los Principes seculares, y à fuerza, ò con astucia robarles una espada, que Dios ha puesto en sus manos, destinada principalmente à la proteccion, amparo, y defensa de la Religion Catolica.

Asi pues, y con la destreza, ò malicia de estos dos golpes fatales dieron principio estos filosofos novadores à la *grande obra*, que ellos dicen *de la Regeneracion*, pero que los mas sabios politicos de la Europa la llaman *destruccion absoluta de toda ella*, viendola sin Religion, sin Iglesia, sin Rey, y sin ley alguna, ò solamente con aquella, que en el codigo de la Anarquia tiene por nombre, y principio *la Ley del mas fuerte*, y por final conclusion ,, mandará el que mas pueda, ò mandarán todos, para que nadie mande bien ,, y para que todo se reduzca à confusion, desorden, violencia, tirania, furor, crueldad, sangre, y muerte.

Ha Bmo. Padre! que dirian hoy si volvieran à empuñar el cetro Francés los Clodoveos, los

vati: Spiritu vocati fortes et libertatis venditatores, vel melius cum Apostolo Juda, impii, blasphemi, qui cum omnem spernant dominationem, ut improbo indulgeant sensui, initia praecogitatae seditioni posuere, coeptantes quasi à quodam ictu cum magno impetu et furore facto adversus supremam potestatem regiam; eaque de caussa inita fuere Parisiensia Comitia, ut nempe alter ictus impingeretur spirituali potestati item supremae; atque ad hanc prorsus ac protinus evertendam, constructa fuit in eodem Conventu ea quae vocatur Civilis Constitutio Cleri. *Id idem fuit, Pater Bme., atque operam dare consuetis artibus, quae haereticis omni aevo in deliciis fuere, ut bene et prospere eorundem negotia succederent: hoc est, ad praelium dimicandum adversus Ecclesiam, atque ad ejus dogmata infrigenda diripiendasque ejus fortunas et jura, consueverunt in primis Principes et Dynastas armis exuere, atque vi et fraudibus impotentem et inutilem reddere ensem illum à Deo eisdem Principibus traditum eo potiore fine, ut Religio Catholica ejusque dignitas contra hostes defenderetur, et protectione et tutamine ei favor praestaretur.*

His igitur veluti duobus telis maxima calliditate vibratis coeptum fuit ab his philosophis magnum, *prout ipsi dicunt,* Regenerationis opus, *sed quod tamen prudentiores Europae politici non alio vocant nomine quam* operis omnia Regna conquassantis. *Atqui hoc est veritati maxime consentaneum: nam Gallicum novum regimen funditus evellit Religionem, Ecclesiam, Reges, neque alia cuique lex superest praeter legem Anarchiae, hoc solo nomine ac principio fultam, scilicet* Effraenatae Potentiae, *quae tota eo spectat ,, ut imperet qui plus valet, vel potius imperent omnes et singuli, ut potissimum bene imperet nemo ,, sed unusquisque in eas difficultates dilabatur, quarum ope cuncta publica et privata eo redigantur, ubi confusio pariat confusionem, perturbatio perturbationem, vis vim, tyrannis tyrannidem, furor furorem, crudelitas crudelitatem, sanguis sanguinem, mors mortem.*

Magnum quid, Pater Bme., et meditatione dignum! Si modo in suas ditiones redirent, et regale sceptrum de-

Carlos, los Eudomios, los Robertos, los Filipos, los Luises, y entre todos Luis el nono, el piadoso, el Catolico, el Santo? ¿Que diria este Santo Rey al ver la triste situacion de un Reyno, que fue el teatro de sus glorias, y el objeto de su amor y de sus desvelos; al ver su actual Soberano Luis decimo sexto sin cetro, y sin espada para contener la multitud; al ver los Parlamentos abolidos, y sin sabios Magistrados para hacer justicia; al ver los monasterios de sagradas Virgines destruidos, y à ellas asustadas, y sin color llorando por las calles publicas: al ver los Templos santos de Dios sin Sacerdotes, sin altar, sin sacrificio, y sin culto; al ver los Sacerdotes del primero, y del segundo orden gimiendo sin autoridad, y sin rentas; al ver ultimamente à los mismos enemigos del Reyno hechos cabeza, dueños y despotas de todo èl? ¿Que diria al ver, y llorar esta miserable desolacion de su querida nacion Francesa, sino lo que dixo el santo Jeremias al ver, y llorar la de su amada Jerusalen: *Egressus est à filia Sion omnis decor ejus..... perdidit vectes ejus: Regem, et Principes ejus in gentibus.... Conticuerunt senes filiae Sion... Virgines ejus squalidae, Sacerdotes ejus gementes.... facti sunt hostes ejus in capite?* Y tal vez llevado de un zelo santo contra estos, vuelto à Vos, Santisimo Padre, os diria con David: *Exurge Domine in ira tua.... à paucis de terra divide eos de vita eorum.*

Culpemos aunque sea con mucho dolor nuestro à aquellos pocos Obispos Franceses, quienes

nuo stringerent Clodovaei, Caroli, Eudomii, Roberti, Philippi, ac Ludovici; qui horum essent sermones? Ludovici praesertim IX. inter caeteros Ludovicos pii, Catholici, Sancti? Ego opinione non fallor, si haec dixero: Cum in hujuscemodi Regis conspectum se objiceret status, quem modo tenet regnum Francorum, hocce inquam regnum quod olim fuerat velut theatrum suorum facinorum inclytorum; cum videret omnia turbata, confusa, permixta; cum videret suum successorem Ludovicum XVI. sceptro et ense nudatum, et quasi pictum Regem nullo pacto valentem multitudinem suis septis ac finibus continere; cum videret Senatus deletos, tribunalia Magistratibus et Judicibus vacua, Virginum coenobia destructa, easdemque Virgines pallore consumptas, quae plateas et compita gemitibus et ululatibus implent; cum videret Templa sancta Sacerdotibus, altari, sacrificio, et cultu carentia; Sacerdotes primi et secundi ordinis dignitate, juridictione, et reditibus per vim privatos; ac denique ipsos regni hostes à se ipsis effectos arbitros, dominos, ac potestates supremas omnium Galliarum! cum inquam videret haec omnia (quibus singulis, per Deum immortalem, quid esse potest verborum acrimonia dignius ac detestabilius?) nullam profecto aliam, mihi persuadeo spem bonam superfuturam in tali Rege pio ac sancto Ludovico praeter spem Jeremiae Prophetae: quo fieret, ut oculis habenas laxans, fletu plangeret amarissimo super charissimam sibi Franciam, ut Jeremias adversam Hierosolymorum fortunam conquerebatur, ejulabatque: Egressus est à filia Sion omnis decor ejus.... perdidit vectes ejus: Regem et Principes ejus in gentibus.... Conticuere senes filiae Sion... Virgines ejus squalidae.... Sacerdotes ejus gementes.... Facti sunt hostes ejus in capite. *Quin imo mihi videor videre Ludovicum IX. zelo ardentem adversus istiusmodi patriae hostes, et ad Te Bme. Pater, omni nisu et viribus vocitatem Davidis oratione:* Exurge Domine in ira tua.... à paucis de terra divide eos in vita eorum.

Damnentur sceleris postissimum (opprimor angustiis talia fando) *pauci illi Episcopi Galli, qui postquam lapsi*

despues de lapsos ò caidos en el error de adoptar la Constitucion civil del Clero, y de prestarse con juramento à la observancia de todos sus artículos, bien lexos de reconocerlo, detestarlo, y llorarlo à imitacion de Pedro con amargas lagrimas, lo han seguido hasta ahora con teson, y à pesar de las paternales prevenciones, y justas amenazas de Vuestra Beatitud, lo han defendido con audacia, y autorizadolo con escandalo, hasta llegar al sacrilego atentado de imponer sus manos à Obispos nuevos, que no siendo embiados por el Vicario de Jesu-Christo, ni habiendo entrado por la verdadera puerta, son, y deben ser tenidos, segun la sentencia del Salvador, por pastores intrusos, mercenarios, adulteros, ladrones, è invasores de las Iglesias, à que han sido destinados por el directorio de una Asamblea civil, novadora, cismatica, y sin potestad alguna espiritual para semejantes misiones, ò elecciones: *Sicut misit me Pater et ego mitto vos.... Qui non intrat per ostium, sed ascendit aliunde, ille fur est et latro.*

¡Que desolacion tan abominable, Bmo. Padre, ò para decirlo mas propriamente, y con las mismas palabras de la Escritura; Que abominacion de desolacion dentro, y en lo mas interior del templo santo, ya no solamente tolerada, sino tambien introducida por Ministros indignos del templo mismo! Si ella no es en todo la misma, que profetizó Daniel, y la que Jesu-Christo acuerda en su Evangelio à los verdaderos fieles, previniendolos para la ultima, y mayor tribulacion, que padecerá la Iglesia con la venida de Ante-Christo; al menos podemos decir, que es un retrato cabal de todas sus facciones, y una anticipada descripcion de sus mas horribles circunstancias; y esto mismo entenderán, y dirán quantos, viendo, ò leyendo los tristes actuales sucesos de la Francia, lean despues, ò hayan leido antes los libros santos de Isaías, Eze-

sunt in errorem suscipiendi Civilem Cleri Constitutionem, et postquam se jurejurando obstrinxerunt in talem legem et in omnes ejus articulos, avii à vera longe ratione vagantur, neque suum facinus cognoscant, nec detestantur, nec deflent ad Petri exemplum amaris lacrymis; imo potius eumdem amplexati sunt, novis se devincientes delictis, quorum ratione oportet eos bene ac naviter esse impudentes; nam eo dementiae venere, ut aspernantes tua paterna monita et minas, omni metu vacantes, audacter oreque durissimo incubuere ad crimen sacrilegum cum totius Ecclesiae Catholicae offensione novos scilicet Episcopos inaugurandi; qui cum missionem non acceperint à Christi Vicario, nec per veram januam fuerint ingressi, vocantur, sunt, et ab omibus haberi debent juxta Servatoris nostri sententiam ut pastores intrusi, mercenarii, adulteri, fures, et invasores earum Ecclesiarum, ad quas destinati sunt à Conventu Parisiensi illegitimo, novarum rerum artifice, schismata amante, et nullam habente potestatem ad has missiones et electiones faciendas: Sicut misit me vivens Pater, et ego mitto vos... Qui non intrat per ostium, sed ascendit aliunde, ille fur est et latro.

O devastationem abominandam! vel ut rectius verbis utar sacris; ò abominationem desolationis, quae intra cancellos et sub aras templi Dei reperitur! Et quis eam invexit in locum sanctum? Ad hoc perpetrandum facinus inauditum, facem praetulere iidem Praesules ac Ministri ipsiusmet Sanctuarii. Verum si haec eadem abominatio vel tantillum discrepat ab abominatione illa maxima, quam Daniel Propheta vaticinatus est, et cujus memores esse veros fideles vult Christus in Evangelio, cum eos commonet comparare se ipsos ad extremam pugnam, quae ab Antichristo est excitanda; dicere saltem valemus imaginem esse perquam simillimam et descriptionem quamdam praenuntiatricem circunstantiarum inter homines formidabiliorum; atque id ita intelligent, dicentque quicumque videntes aut legentes Galliarum tristissimos eventus, legant postea aut antea lectitaverint libros sanctos Isaiae, Ezechielis, Danielis, Mathaei, Judae,

quiel, Daniel, Mateo, Judas, y Juan, donde se refieren puntualmente los principios, medios, y fines de la desolacion ultima en los dias del mayor perseguidor de la Iglesia: *Qui legit, intelligat: erit tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi usque modo... Surgent enim pseudochristi, et pseudoprophetae, et dabunt signa magna, ita ut in errorem inducantur (si fieri potest) etiam electi.*

Culpemos.... pero que nos detenemos? Cada uno dará cuenta de sí mismo: y demos fin, Bmo. Padre, à una relacion tan prolixa, como lastimosa, y propria à conmover vuestras paternales entrañas, para dar principio à la verdad, y prueba de que esta nuestra carta no se dirige à renovar el dolor, de que suponemos penetrado vuestro corazon, y solo sí à consolaros en vuestra afliccion, à acompañaros en vuestro sentimiento, y à entrar, si es que somos, ò valemos para alguna cosa, en la parte de vuestras solicitudes pastorales; así como por la gracia de Dios, y de la vuestra hemos entrado en la del honor y ministerio Episcopal. ¿Y esta no es una obligacion esencial de todo buen hijo para con su Padre?

Lo es ciertamente, y creeriamos ser transgresores de ella, si quando nuestro Padre comun siente, llora, se aflige, y clama por unos hijos, que se le pierden, que estan para perderse, ò que tal vez se le han perdido ya, nosotros igualmente ingratos, que indolentes, no llorasemos, no sintieramos, y no clamasemos con èl, y por el mismo motivo. Creeriamos ser traidores à nuestro ministerio, si quando nuestro Maestro, y Pastor universal vela, trabaja, enseña, escribe, y exòrta en toda paciencia y doctrina para combatir los errores suscitados en la Francia por una nueva

et Joannis, quibus dilucide narrantur principia, media, et fines postremae desolationis aevo Antichristi futurae: Qui legit, intelligat.... Erit tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi usque modo.... Surgent enim pseudochristi, et pseudoprophetae, et dabunt signa magna, ita ut in errorem inducantur (si fieri potest) etiam electi.

Damnentur sceleris.... Quid ego immoror plus aequo? Sua singulos eximia virtus ad tribunal reos citabit. Dixi. Ac tandem aliquando finem ponamus, Bme. Pater, huic prolixae ac deplorandae narrationi, quae misere commovere potest tua viscera paterna; et potius sermonem convertamus ad fidem Tibi faciendam, non eo dirigi meas litteras, ut renovetur vel augeatur animi tui moeror; quin imo vero ut Te (quantum mihi fas est) levem hac animi aegritudine, et ut misceam meum cum dolore tuo, simulque à Te petam, ut me quasi falsam haereditatem alienae gloriae sinas cernere, meque in tuarum afflictionum venire societatem patiare. Nonne meum est, Pater Sanctissime, in tuis pastoralibus curis esse? mihi partem sumere, qui ob Dei, ac Tui beneficentiam honore Episcopali sum afectus? Sane hoc omnis boni filii et Episcopi singularis erga bonum suum Patrem et Episcopum universalem est munus; et qui hoc negat, idem neget lucere meridiem.

Quapropter muneris mei dessertor esse crediderim, si dum communis Pater dolet, flet, et angitur intimis sensibus, caelumque omnibus precibus obtestatur pro filiis, quos in transversum agit improbitas, et qui se eunt, ibunt, vel jam forsan ivere perditum, ego indolens et beneficii immemor, à fletibus, à moerore, et ab omni obtestationum genere abstineam eadem premente caussa. Crediderim Episcopalis officii mei esse proditor, si dum Magister atque universalis Ecclesiae Pastor super gregem invigilat, laborat, docet, scribit, et hortatur in omni patientia et doctrina, pugnamque conserit adversus errores Philosophorum hujus temporis, nos particularium Ecclesiarum

filosofia, nosotros quietos ò dormidos sobre el lecho de una culpable inaccion, nos mantuviesemos sin velar, sin trabajar, sin exôrtar, y sin tomar la pluma como èl, y al mismo piadoso objeto.

Es verdad, Bmo. Padre, que no la hemos tomado hasta aqui; pero por tres razones: Primera, porque ¿quien somos nosotros, ni qual nuestra ciencia, si es que tenemos alguna, comparada con la de tantos Obispos Franceses celosos, sabios, instruidos en las controversias de la fé, y versados en el arte de combatir errores, y de pelear en las batallas del Señor, de quienes nos aseguran, y no dudamos, haber dado à luz brillantes discursos, y eloqüentes apologias à favor de la Religion, y de los sagrados derechos de la Santa Sede? Podemos decir al respecto de ellos con verdad, y con mas razon que Moyses: *Quis sum ego, ut vadam ad Pharaonem, et educam filios Israel de Ægypto?... Non sum eloquens.... Non credent mihi.... Obsecro Domine, mitte quem missurus es.*

Segunda: Porque aun quando nuestros discursos pudieran ser mas eloqüentes, mas vivos, mas eficaces, y mas penetrantes, que los suyos, tal vez ya no llegarian à ser oidos, ò leidos à tiempo, y por lo mismo ni con fruto, y utilidad de nuestros hermanos, mediando, como media, entre ellos, y nosotros un caos interminable de agua y tierra, como allá dixo el Padre Abrahan en caso, que sin mucha violencia pudiera acomodarse al nuestro: *In his omnibus inter nos, et vos chaos magnum firmatum est.*

Tercera: Porque esta misma enorme distancia, en que nos hallamos de España, Italia, y Francia ha podido desfigurar, abultar, y aun tal vez falsear en todo, ò en mucha parte las noticias, que por gacetas, cartas, y papeles anonimos han llegado de aquellos

Praesules turpi otio dediti, nostrisque commodis nimium studentes, nos ipsi vigilias, labores, hortationes, et pugnam reformidemus, neque nobis virtus neque animus sit vel calamum atramento tingere ad reprimendos istiusmodi novatorum conatus.

Certissimum est Bme. Pater, me nec quidquam litterularum super hac re hucusque exarasse, idque ob tria rationum momenta. Primum; quia quid ego hominis sum, aut quae mea eruditionis doctrina cum tot ac tantorum Galliae Episcoporum doctrina comparata, qui scientia pollent, ardent studio et solicitudine erga Dei Ecclesiam, atque in controversiis ad fidem pertinentibus versati ac peritissimi sunt, nec non multa valent arte pugnandi adversus Haereticos? Fertur de his Episcopis (nec vacat dubitare) eos in vulgus edidisse plura in hac re optime excogitata et vera, libros etiam apologeticos pro Religione, gravitatis ac sapientiae refertissimos; eaque de caussa cum nec conferendus equidem ad hos Antistites praestantissimos sim ego, possum ac debeo cum majori rationis pondere, quam Moyses, affirmare: Quis sum ego, ut vadam ad Pharaonem, et educam filios Israel de Ægypto?.... Non sum eloquens.... Non credent mihi.... Obsecro Domine, mitte quem missurus es.

Secundum: quia etsi verba mea eloquentiora essent, efficaciora et vividiora, quam illorum verba sint; tamen aberrarent eadem à circumstantiis locorum et temporum (quae ut res eximia spectari debent ubique); ideo que certissime carerent utilitate et fructu, imo socordiae et segnitiei ab omnibus incusarentur, eo quod ab America non nisi tardissime possunt in Europam pervenire, cum trajici oporteat immensum, quod inter has et illas regiones intercedit, spatium fere illi simile, de quo loquebatur Abraham: In his omnibus inter nos et vos chaos magnum firmatum est.

Tertium denique: quia ob ingentem istum tractum, quo ab Hispania, Gallia, et Italia sejuncta est Meridionalis America, propemodum immutari potuere, minui, fucari, atque etiam corrumpi et depravari vel cuncta vel singula, quae per nuntias litteras, per ephemerides, ac per codices plerumque anony-

Reynos à este del Perú. Y debiendose fundar sobre ellas todos nuestros discursos; si en efecto no hubiesen sido verdaderas, podria pensarse, y aun decirse, que habiamos procedido con demasiada levedad ò ligereza, saliendo al campo sin haber enemigos en la realidad, ò inventando errores para pelear solo con fantasmas: y en tal caso ademas de exponernos à los proverbios y burlas del vulgo, nos seria mas sensible el quedar comprehendidos en aquella sentencia, que el santo Job se apropió à sí mismo: *Qui leviter locutus sum, respondere quid possum? Unum locutus sum, quod utinam non dixissem: et alterum, quibus ultra non addam.*

Igualmente hemos omitido tomar la pluma para avisar à nuestros hermanos, y concolégas, para instruir à nuestro Clero, y para exhortar, y prevenir à nuestros diocesanos contra unos males, que aunque tan distantes, siempre son contagiosos; y que por lo mismo pareciese, que exîgian el pronto medio ò remedio de una prudente y anticipada precaucion. No lo hemos hecho, por no exponernos à dispertar, conmover, y poner en recelo à unos fieles, que gracias al Altisimo, duermen hoy, y descansan en paz; en aquella paz santa, que está prometida à los que observaren las leyes del Señor, y à los que viven sujetos à las Potestades sublimes, que èl mismo ha establecido en la tierra: *Pax multa diligentibus legem tuam.... Vis non timere potestatem? fac bonum.*

Sin embargo, Bmo. Padre, si llegase el caso, de que la Asamblea nacional de Francia, sus partidarios, ò ya todos juntos, ò separadamente alguno de ellos, intentasen por sí, ò por sus emisarios de palabra, ò por escrito introducir en este Reyno el contagio de su nueva y perversa filosofia: si entre ellos hubiese algun Goliat presuntuoso, que viniese

mos ab Europa usque ad Peruvium missa sunt et mittuntur. Atqui cum ego his graecae fidei monumentis niti et confirmare deberem sermones meos; unicuique hominum etiam vilissimorum ac jejuni stomachi liceret cogitare ac dicere me multo inconsiderate egisse, atque in palaestram venisse, ubi adversarii non sunt, erroresque composuisse ad decertandum adversus larvas et umbras; indeque summo mei pudore ac dedecore haec vel à pueris ubilibet canerentur: „ Episcopus iste jungit lepores, et mulget hircos „: At vero importunius acerbiusque mihi foret illo comprehendi atque inuri sermone, quem sanctus Job sibi ipsi adscripserat: Qui leviter locutus sum, respondere qui possum? Unum locutus sum, quod utinam non dixissem; et alterum, quibus ultra non addam.

Pari modo à conscribendis supersedi litteris ad fratres meos et sodales, ab admonendis Clericis, et hortandis ac praemuniendis dioecesanis contra ingruentia mala, quae etsi ab his regionibus longissime distent, possunt tamen aliquando populos contaminare, atque irremediabili lue inficere; ideoque praesidium aliquod huic malo opponere res non imprudens videbatur. Sed de his inquam tacui hactenus, ne gentes istas perturbationibus et anxietatibus afficerem, et ne aliquam de religiosis rebus suspicionem animis fidelium incaute injicerem: Etenim hi Christi fideles maxima ac sincerissima utuntur pace; nimirum pax ea illis est et tranquillitas, quam Deus suarum legum observatoribus promittit; iidemque vitam degunt omni studio et observantia et cultu subjectam potestatibus sublimioribus, sub terram divinitus constitutis: Pax multa diligentibus legem tuam.... Vis non timere potestatem? fac bonum.

Nihilominus tamen si quid rumoris me afflaret, Bme. Pater, quod vel Conventus Lutetiae, vel ejus sectatores una omnes, vel eorumdem aliquis seorsim per se, aut per nuntios verbis, aut scriptis, sive nova eorum pestilentissima philosophia corruptelam hujus regni ac provinciarum molirentur; ac si etiam inter perditos illos homines aliquis esset audacissimus Goliat, qui coram sisteret fronte ferrea ad minas jac-

à insultar este pueblo escogido de Dios, fiado à nuestra enseñanza y direccion; no dude Vuestra Beatitud, que este hijo de Isaí, el menor de sus hermanos, y el mas indigno de todos los Obispos, saldrá prontamente à pelear con èl sin mas prevencion, que la que ya tiene hecha de cinco piedras escogidas, y tomadas en el clarisimo torrente de la Escritura santa: pero con la firme esperanza en Dios, de que solo con ellas ha de tener la gloria, dandosela toda à quien se debe, de vencerlo, convencerlo, confundirlo, postrarlo en tierra al primer golpe, y cortarle la cabeza con su misma espada, esto es, con sus mismos principios.

Entre tanto, Bmo. Padre, nada haremos mas en esta turbacion general, venida y causada por un Amán, y por medio de una Constitucion civil eversiva de la Religion no menos, que del Estado; nada haremos con mas fervor, que clamar, y decir à Dios con el religioso Mardoqueo: *Domine Rex omnipotens, in ditione tua cuncta sunt posita; et non est, qui possit tuae resistere voluntati: miserere populi tui, quia volunt nos inimici tui perdere, et haereditatem tuam delere.*

Nada haremos mas en esta abominable desolacion, que han introducido, ò al menos tolerado en el interior del Santuario los mismos, que debieran haberse opuesto à ella como muros de Israel; nada haremos con mas freqüencia, que congregar en el templo santo à nuestro Cabildo, y Clero, llorar con todos nuestros Sacerdotes entre el vestibulo y el altar, y decirle à Dios: *Parce Domine, parce populo tuo, et ne des haereditatem tuam in opprobrium, ut dominentur eis nationes.*

Nada haremos mas en esta cruel persecucion, que han movido contra la Iglesia hombres entregados al culto de perversos

tandus adversus hunc populum à Deo sanguine suo pretiosissimo redemptum, atque in meam curam ac disciplinam traditum; prob Pater Sancte! Omnis sit amota à Tua Beatitudine formido, nec in ambiguo haereas, quin iste filius Isai ex fratribus minimus, et inter Episcopos debilior in conflictum non exeat adversus hunc Philisthaeum. Exibit sane nec imparatus omnino, sed exemplo et imitatione juvenis Israelitici nullo alio armorum genere instructus, quam quinis lapidibus lectis et arreptis è nitidissimo alveo sacrorum Bibliorum; credensque omnia fidei Altissimi Numinis, cui soli gloria esse debet, hostem expugnabit, probro afficiet, primo impetu prosternet, illique amputabit caput suo ipsius gladio, id est, cum suismet rationibus et principiis, ac denique diris vovebit.

Verum interea in hac ferme universali Europae perturbatione, ab Amano illo, de quo tacito nomine antea dixi, excitata, ac dum praevalet Constitutio Parisiensis Religionem ac Rempublicam labefactans, nihil rerum est quod malim, Pater Bme., quam preces ad Deum Opt. Max. fundere, captans identidem illius benevolentiam et gratiam cum verbis illis Mardochaei: Domine Rex omnipotens, in ditione tua cuncta sunt posita; et non est qui possit tuae resistere voluntati. Miserere populi tui, quia volunt nos inimici tui perdere, et haereditatem tuam delere.

In hac sacrorum abominanda depravatione, quae usque ad penitiora et usque ad aras Sanctuarii perlata est ab illis eisdem hominibus, qui instar moenium fortissimorum pro Israele esse debebant, ad nihil aliud frequentius operam dabo, quam ad congregandum in sanctum templum Capitulum et Clerum hujus civitatis, atque ibi una cum Sacerdotibus inter vestibulum et altare fletus jungam fletibus, ac Dei misericordiam cantu lugubri inclamitabo, ut Joel Propheta: Parce Domine, parce populo tuo, et ne des haereditatem tuam in opprobrium, ut dominentur eis nationes.

In hoc bello immani ac diro, quod adversus Ecclesiam Dei commotum est ab hominibus nullius religionis, et solum cultui pravorum dogmatum deditis,

dogmas, è inventores de doctrinas nuevas y peregrinas; nada haremos con mas ternura, que repetir por muchas veces la novendial rogativa, que à este fin acabamos de hacer en esta nuestra Capital à la sagrada Virgen Maria Madre de Dios, cantandola con la Iglesia: *Gaude Maria virgo, cunctas haereses sola interemisti in universo mundo.* Rogandola con la misma: *Ora pro populo, interveni pro Clero, intercede pro devoto foemineo sexu*; y diciendola con las palabras de su fiel siervo, y acerrimo defensor de su Maternidad Divina San Cyrilo Alexandrino: *Salve per nos, ò beata Deipara, sceptrum rectae doctrinae.*

qui etiam suis conatibus novos et peregrinos sensus doctrinae intra, et extra suas provincias praedicare tentant; ego omni ope atque opera contendam, ut ferventissimus cultus erga Beatam Virginem ubique protendatur; atque eo fine novendiales preces in hac urbe Platensi institutae sunt, quibus fides Dei Matris et subsidium clamando et lugendo imploratur per haec ejusdem Ecclesiae verba: Gaude Maria Virgo: Cunctas haereses sola interemisti in universo mundo: *Queis bellissime consonant haec alia*: Ora pro populo, interveni pro Clero, intercede pro devoto foemineo sexu. *Clauditur postremo carmen hac salutatione Divi Cyrilli ab Alexandria fidi ac validissimi propugnatoris Maternitatis Divinae, et qua consueverat eidem Dei Matri valedicere*: Salve per nos, ò Beata Deipara, sceptrum rectae doctrinae.

Nada haremos mas en esta furiosa tempestad, que los vientos salidos del Aquilón han levantado contra la nave de San Pedro; nada haremos con mas esfuerzos, que clamar con los Apostoles al Divino Salvador, quien parece estar durmiendo en la proa, y decirle: *Domine, salva nos; perimus.* Y ojalá SSmo. Padre, que quando esta carta llegue à vuestras manos, ya al imperio de su voz hayan calmado los vientos, serenadose el mar, cesado la tormenta, y que podais decir para consuelo de toda la Iglesia: *Imperavit ventis, et mari, et facta est tranquillitas magna.*

In hac furente turbida et violenta procella, quae à ventis septentrionalibus coorta est, et quorum vi ac rapido fremitu navis Petri agitur undequaque et nutat, nihil ego fecero validius, quam cum Apostolis clamorem et voces efferre ad Christum Servatorem, qui quasi altiore somno fingit se obdormire: Domine, salva nos; perimus. *Et faxit Deus, Bme. Pater, ut cum haec epistola ad Te pervenerit, venti cessaverint, et tempestas ac mare ad tranquillitatem redierit, ita ut ad solatium totius Ecclesiae possis dicere*: Imperavit ventis, et mari, et facta est tranquillitas magna.

Pero si nuestras culpas, si nuestras grandes culpas hubiesen desmerecido esta gracia, y la tempestad prosiguiese con igual, ò superior fuerza: En tal caso, Bmo. Padre, os rogamos con todo el amor, y respeto debido à vuestra Persona y dignidad, que fortalezcais vuestro espiritu con la dulce memoria del valor, y constancia, con que tantos gloriosos Predecesores vuestros, los Clementes, Martines, Gregorios, Pios, y otros muchos pelearon hasta vencer, y aun hasta morir en el martirio en defensa de la fé, y de la Igle-

Sin autem scelera nostra, et nostra grandia delicta longe à nobis teneant hoc beneficium, de quo profecto nostris malefactis nos saepissime indignos praestamus; ac denique si propter hanc caussam tempestas vehementioribus novisque viribus increbuerit, tunc enimvero occidi, atque in tali nimis adversa sorte nihil aliud mihi in mentem venit, nisi ad Te, Pater Bme., hos tandem breves dirigere sermones, tanquam vera indicia summi mei studii et sincerissimi cultus erga Te, tuamque dignitatem; quibuscum Te deprecor, ut moestum animum erigas, muniasque praesidio dulcis memoriae tuorum Prae-

sia: *Mementote Praepositorum vestrorum, quorum intuentes exitum conversationis (cum multi ex his martyrium obiissent) imitamini fidem.*

Os rogamos, que consoleis vuestro afligido corazon con la freqüente, y aun continua leccion de los Libros santos, donde se dice generalmente, y para todos: *Nam oportet, haereses esse, ut et qui probati sunt manifesti fiant in vobis:* y particularmente en persona de Pedro se os dice à Vos como à digno sucesor suyo: *Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, et portae inferi non praevalebunt adversus eam.*

Ultimamente os rogamos, que sostengais vuestra venerable ancianidad, y cuideis de vuestra importante salud en un tiempo, en que nos es tan necesaria vuestra preciosa vida: *Vive ergo, Bme. Pater.*: Y demos fin, y pongamos el sello à nuestra carta con estas palabras: *Vive ergo, Bme. Pater, vivendo pugna; pugnando patere, patiendo sustine, sustinendo vince, vincendo gaude, gaudendo iterum dicimus gaude; ut cum gaudium vestrum sit plenum, et nos pariter vobiscum gaudere possimus.* En la

decessorum, qui virtute et constantia valuere maxima, uti Clementes, Martini, Gregorii, Pii, et bene alii multi. Ii, atque alii similes Pontifices Maximi à pugnando non abstinuerunt, nisi aut vincerent, aut vincerentur; quin immo non nisi martyrio, aut vexationibus acerbissimis pro fide et Ecclesia victi fuerunt ac necati: quod genus mortis quaedam sane est victoria pulcherrima, ac triumphus magnificus et nobilissimus: Mementote Praepositorum vestrorum, quorum intuentes exitum conversationis (cum multi ex his martyrium obiissent) imitamini fidem.

Aliud praeterea solatium Tibi est ad manus, Pater Bme., quo multum et merito delectaris; estque lectio sanctorum Voluminum, quae, ut arbitror, Tibi ante oculos dies noctesque versantur. Et ut verum fatear, maximam laetitiam percipio, dum id mecum reputo, Te nimirum in isthaec verba sancti Divini Spiritus non semel sed saepius incidere: Nam oportet, haereses esse, ut et qui probati sunt, manifesti fiant in vobis. *Verum praeter caetera in hac lectione Tibi sunt jucundiora, et sine ulla dubitatione Tibi esse debent praecipuo atque eximio adjumento subsidioque et solatio verba illa maximo robore ac virtute plena, quae Christus ad Petrum aeque ac ad Te ut dignum ejus successorem retulit:* Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam: Et portae inferi non praevalebunt adversus eam.

Porro autem Te iterum atque iterum obtestor, ut Te Moderatorem Ecclesiae lectissimum longissimo tempore vivum ac sospitem praestes, tuamque maximi ponderis valetudinem omni cura tueare, his praesertim temporibus, quibus tua incolumitas non utilissima solum, sed valde diu necessaria est totius Ecclesiae bono; nam salus nostra in tua vita posita est. Has igitur claudam litteras eo modo et iis verbis, quibus aptiora consultioraque mihi desunt ad promenda mea consilia et animum erga Te meum: Vive ergo, Bme. Pater, vincendo pugna, pugnando patere, sustinendo vince, vincendo gaude, gaudendo, iterum dicimus,

Ciudad de la Plata à 24 de Septiembre de 1791 años.

B. L. P. humildemente de Vuestra Santidad

Fr. Joseph Antonio de San Alberto Arzobispo de la Plata.

gaude; ut cum gaudium vestrum sit plenum, et nos pariter vobiscum gaudere possimus. *Ab Urbe Platensi VII Kalend. Octob. MDCCXCI.*

Beatitudinis Tuae pedes humiliter deosculatur

Fr. Joseph Antonius à S. Alberto Archiep. Platensis.